

(34. Ex his non improbabiler sustineri potest, capitulum 3 loqui non *de sorte rationabili*, cui præcessit *examen candidatorum*, non de lusoria, neque etiam de necessaria, sed *de genere sortis superstitionis, divinatiois, temerariae*.

(35. Eo vel maxime, quod in casu hoc *sortis rationabilis* metui nequit, ut homo indignus eligatur, quæ est ratio cur communiter usus sortis imprecatur. In eo enim candidati jam fuerunt missi sub examen industriæ, virtutis, litterarum. Breviter: aliud est eligere per sortem, aliud factam electionem iudicio sortis definire. Vide Natalem

## SORTILEGIUM.

(1. Sacerdotes abutentes sacrificio missæ a) sortilegia, præter alias pœnas, incurrunt insuper perpetuam inhabilitatem ad celebrationem missæ ex decreto sanctæ universalis

## SPADONES.

Vide verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, art. 2, n. 38, 39, et verb. PATRIA POTESTAS num. 7.

## SPATULOMANTIA.

Vide verb. SUPERSTITIO, num. 24.

## SPECTACULA.

(1. Spectacula inverecunda, uti sunt puerorum et adolescentum nudorum cursus et luctæ, etiamsi longa consuetudine introductæ, ne permittantur ab episcopis legibus-

## SPES.

Vide verb. VIRTUS, a n. 21 ad 35.

## SPICÆ.

(1. Spicarum collectio post absolutam messem pauperibus permittenda indicitur a Benedicto XIV, tom. I, constit. 56, incip. *Acerbi plane doloris*, directa archiepiscopis et episcopis ditionis ecclesiasticæ, in qua adducit Scripturas, quibus clarius et luculentius constat agrorum dominos ad exercendam hanc in pauperes liberalitatem Dei ipsius oraculo edoceri. Videlicet *Leviticæ* cap. XIX, ibi: *Cum messueris segetes terræ tue, non tondebis usque ad solum superficiem terræ, nec remanentes spicas colliges: neque in vinea tua racemos et grana decidencia congregabis, sed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes; Ego Dominus Deus vester*. Et rursus *Deuteronom.* cap. XXIV: *Quando messueris segetem in agro tuo, et oblitus manipulum reliqueris, non reverteris, ut tollas illum; sed advenam, et pupillum, et viduam auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris olivarum, quidquid remanserit ab arboribus, non reverteris ut colligas, sed relinques advenæ, pupillo et*

(64) Lib. I *De doct. Christ.*, c. 28, et epistola 180, ad *Honoratum*. Huc spectat canon. tertius concilii

Alexandr. virum antiquitatum Ecclesiæ callentissimum, qui *Historiæ ecclesiasticæ* sæculo I, dissert. 6, hanc quæstionem ex instituto resolvit, idque his tandem verbis: *« Probatur usus sortis, si modo episcopatus candidati sint digni, et ita pares, ut vix inter eos sit meritum discrimen. Quia ubi humanæ prudentiæ iudicium deficit, divina voluntas consulenda, et ejus omnia committenda providentiæ. Sic inter antistites, qui tempore pestis manere debeat, merito sortis usu indagatur, suasore Augustino (64).*

Inquisitionis edito de mandato Benedicti XIV, die 5 Augusti 1745.

(2. Alia ad rem vide infra verb. *Superstitio* a num. 33 ad 44.

que latis prohibeantur, mandat Benedictus XIV, in Encyclica ad episcopos Campaniæ, incip. *Nihil profecto; Bull.*, tom. I, n. 60.

*viduæ. Si vindemiaveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus advenæ, pupilli et viduæ.*

(2. Adducit insuper illud *Ruth* cap. II, ubi habetur eam socri suæ Noemi dixisse: *Vadam in agrum, et colligam spicas quæ fugerint manus metentium, ubicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam*. Et paulo post in agrum Booz ingressam, spicas collegisse, ibi: *Itaque, et colligebat spicas post terga metentium; cum vero percontanti Booz quænam esset illa mulier, Moabitidem esse responderetur, nec deessent qui testarentur illam a primo mane ad eam usque horam spicas collegisse. Audi, inquit, filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed jungere puellis meis, et ubi messuerint, sequere; mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi; præterea tantam pii viri animus a contumeliis abfuit, ut eam non colligere tantum relictas, sed integras spicas metere passus sit, jubens ea de causa messoribus: *Etiamsi vobiscum metere vo-**

Barcinonensis habiti a. 599 sub Reccaredo rege, et Gregorio M. Pontifice.

*luerit, ne prohibeatis eam*. Quare cum sese domum Ruth recepisset, et tantam frumentum copiam socri suæ ostendisset acceptam; illa memori ac grato animo collectas fruges datori censuit referendas, inquiens: *Sit benedictus, qui misertus est tui*. Hæc ille, loco cit., qui, *ibid.*, § 6, majori, quo potest paternæ charitatis sensu hortatur et oblectatur, ut episcopi causam pauperum, quæ causa Dei est, omni ope et conatu tueantur, in suam veluti clientelam suscipientes pauperes, dignum pietate sua zelum exhibeant, suis primum vocibus et exhortationibus, ac mandatis, etiam in singulis diocesium suarum parochiis inter missarum solemnia evulgandis commendetur egenorum causa, agnoscatque populus quam turpe ac Christiano nomini indecorum sit, messe jam

## SPIRITUS SANCTUS.

(1. Spiritus sancti processio a Patre et Filio est vere credenda. Benedict. XIV, constit. 47 incip. *Etsi pastoralis*, § 1 (63). Etsi autem Græci teneantur credere etiam a Filio Spiritum sanctum procedere, non tamen tenentur in Symbolo pronuntiare. Unde particula *Filioque* in Symbolo omitti potest a Græcis. Idem, *ibidem*. Non tamen ab Albanensibus, qui eam recitare consueverunt. Idem, *ib.* (2. Nec ab Italo-Græcis, si a locorum ordinariis, vel ob suspicionem hæresis, vel ob scandalum, vel ob

## SPOLIATOR, SPOLIATUS.

## SUMMARIUM.

1. Spoliator qui dicatur? — 2. Spoliatus quis sit? — 3. Primum remedium, quod habet spoliatus ad recuperandam possessionem, est interdictum *Unde vi*, et quid importet? — 4. Dictum remedium, seu beneficium, vel interdictum *Unde vi*, quibus et adversus quos competat? — 5. Secundum remedium est conditio ex cap. *Sæpe* 18, De restitutione spoliatorum, et quid importet? — 6. Tertium remedium est conditio ex cap. *Redintegranda*, 1, caus. 5, q. 1, et quid importet? — 7. Quartum remedium est conditio ex l. *Invasor* 5, codic. *Unde vi*, et quid importet? — 8. Quintum remedium est conditio ex l. *Si quis in tantam* 7 cod. *Unde vi*, et quid importet? — 9. Sextum remedium est conditio ex l. *Cum quærebatur* 11, cod. *Unde vi*, et quid importet? — 10. Septimum remedium est conditio ex l. *Exstat*, ff. *De iis, quæ vi metusve causa*, et quid importet? — 11. Octavum remedium habetur ex officio iudicis, et quid importet? — 12. Ut spoliatus ante omnia sit restituendus, quid probare debeat. — 13. Dicta Regula *Spoliatus ante omnia est restituendus*, procedit, non solum quando quis vi, vel clam fuit spoliatus a privato, sed etiam quando quis est spoliatus a suo prælato seu iudice extrajudicialiter, seu non servato juris ordine. — 14. Regula illa *Spoliatus ante omnia est restituendus*,

(65) Præter Natalis Alexandri dissertationem, habes t. III *Thesauri theologici Zachariani* P. Michaelis le Quien dissertationem p. 302, *De processione Spiritus sancti*, tomo autem II, ejusdem *Thesauri* p. 525, Petri Pithœi *Historiam* habes *controversiæ veteris de processione Spiritus sancti* cum Petavii dogmatibus theologicis conferendam. Eodem pertinet

absoluta, pauperes ab agri finibus amoveri. Potissimum vero intelligant agrorum domini colligendarum spicarum morem immaturo consilio sublatum fuisse in iis locis, in quibus diuturno usu jam invaluerat, ibique restitui omnino oportere. Ubi vero hæc consuetudo recepta adhuc non sit, pro viribus inducatur in solatium egenorum, qui gravi saltem, si non extrema, laborant inopia, quique in difficultum temporum angustiis magis magisque conficiuntur. Sic idem in laudata constitutione *Acerbi plane doloris*.

(3. Spicarum egenis collectoribus permittitur sine alio libera extractio quocumque tempore in ditione ecclesiastica, etiam extra statum ecclesiasticum. Idem tom. II, constitution. 53, incip. *Quo die*, n. 11.

aliam causam requisiti fuerint: tunc enim particulam illam *Filioque* in Symbolo pronuntiare tenentur. Idem, *ibid.*

(3. Spiritus sancti imagines sub humana juvenis forma damnantur et prohibentur. Idem constit. 145, incip. *Sollicitudini*, § 10, 23, 33 ad 37. Spiritus sancti tamen imagines in forma columbæ approbantur et permittuntur. Idem, *ib.*, § 16 ad 20 et 36. Item in figura linguarum ignis uti representatur mysterium Pentecostes. Idem, *ib.*, § 21 et 36. Vide verb. *IMAGINES*.

fallit primo, quando spoliatus consentit, ut spoliator ante restitutionem super proprietate sibi competente audiatur. — 15. Secundo, quando notorium est, quod proprietate rei spolio ablata non pertinet ad ipsum spoliatum, sed ad spoliatorem. — 16. Tertio, quando spoliatus ante factam suam spoliationem libere renuntiavit dominio rei spoliatae. — 17. Quarto, quando spoliatus post spoliationem cum spoliatore pactum inivit, vel juravit sponte, quod nolit agere possessorio recuperanda. — 18. Simile autem pactum in initum cum spoliatore ante spoliationem non valet. — 19. Mulier propria auctoritate sub pretextu impedimenti a marito se separans, sicque eum possessione spolians, si non habet probationes incontinenti paratas ad probandum impedimentum dirimens matrimonii, est plenarie restituenda marito, et quoad cohabitationem, et quoad torum, donec ipsa probationes offerat preparatas. — 20. Si vero tanta esset viri sævitia, ut mulieri trepidanti non posset sufficiens securitas provideri, tunc non solum non esset ei restituenda, sed ab eo potius removenda. Et e contra si possit dictæ mulieri sufficiens securitas provideri, est ipsa ante causæ cognitionem restituenda marito. — 21. Spoliator violentus restituere debet spoliato non solum rem ablatam, sed etiam cum ipsa omnes fructus, tum exstantes tum consumptos, imo etiam illos, quos non percepit, et prior possessor spoliatus

P. Ignatii Frantz dissertatio *super formulis Græcorum et Latinorum de confitenda Spiritus sancti processione*, seu quæstio theologica, anne perinde sit cum Ecclesia catholica dicere *Spiritum S. a Patre Filioque procedere?* vel cum Græca, *procedere ex Patre per Filium*. Vide indicatum tomum III *Zachariani Thesauri*, pag. 548.

percipere potuisset, si suam possessionem continuasset. — 22. Unde antequam dictus spoliator audiatur super pretensa rei ablatae proprietate, est restituendus spoliatus, non solum in pristinam possessionem liberam, ut antea; sed etiam ad omne id, quod sive ratione fructuum non perceptorum, sive ratione factarum expensarum amisit, et damnum passus est. — 23. Nec talis spoliator excipere potest contra spoliatum per objectionem criminis. — 24. Nisi tamen opponatur talis criminis exceptio, quae personam spoliati reddat inhabilem ad agendum, ut est excommunicatio. — 25. In civilibus

(1. Spoliator hic dicitur quicumque, sive privatus, sive iudex, alium vi, vel clam extrajudicialiter, et non servato juris ordine, de possessione alicujus rei, seu juris eiecit, aut alias injuste privatus seu spoliatus. Sic in re comm., arg. cit. c. *Conquerente* 7, De restitutione spoliatorum, cum aliis similibus, et tot. tit. ff. *De vi et de vi armata*, et c. *Unde vi*.

(2. Spoliatus econtra dicitur, qui vi, vel clam a quocunque privato sive iudice extrajudicialiter, et non servato juris ordine, de possessione alicujus rei seu juris est ejectus, aut alias injuste privatus seu spoliatus. Sic in re comm., arg. cit. c. *Conquerente* 7, De restit. spoliator. cum aliis similibus, tot. tit. ff. *De vi armata*, et cod. *Unde vi*.

(3. Remedia juris praecipua, quae habet spoliatus ad recuperandam possessionem, sunt sequentia. Primum remedium est interdictum *Unde vi*, sic dictum a primis verbis praetoris illud proponentis in l. *Praetor ait* 1, ff. *De vi et de vi armata*, ibi: « Unde tu illum vi dejecisti? » per quod interdictum duo statuuntur in favorem spoliati; primo scilicet ut spoliatus ante omnia restituatur in pristinam possessionem, ita ut spoliator volens agere aut probare proprietatem rei ablatae, non sit audiendus, nisi prius rem ablata restituerit, etiam praedoni. Cap. *In litteris* 5, De restitutione spoliator., et c. *Super spoliatione* 4, De ordin. cognition. Et secundo, ut spoliatus restituatur ad totam causam, id est non solum in pristinam possessionem liberam, ut antea arg. c. *Pisanis* 19, § *Porro*, De restitutione spoliator., sed etiam ad omne id, quod ibi amisit, licet ad spoliationem nihil pervenerit. L. *Praetor ait* 1, § 1, ff. *De vi et de vi armata*, l. *Si de possessione* 4, cod. *Unde vi*, c. *Redintegrandi* 3, caus. 3, q. 1, c. *Gravis* 11, De restit. spoliator. Et hoc jure merito in odium spoliationis; Clement. unic. *De causa possess. et proprietat.*

(4. Dictum beneficium seu interdictum *Unde vi* competit ei soli et omni qui vere dejectus est, sive sit dominus directus, sive utilis, sive non sit dominus, ut praedo: item haeredibus eorumque successoribus adversus omnes, qui per se, vel per alium spoliarunt, aut spoliationem demandarunt, aut spoliationem suo nomine factam ratificaverunt. C. *Cum ad sedem* 15, De restitutione spoliatorum, et Glossa communiter recepta, ib., verb. *Interdictum Unde vi*, cum pluribus ibi citatis.

non admittitur spoliationis exceptio facta ab alio, quam ab actore. — 26. In criminalibus autem admittitur spoliationis exceptio, etiam a quocunque tertio facta, dummodo fiat intra quindecim dies, et sit de tota substantia, vel majori parte. — 27. Spoliatus excipiens spoliationem factam a tertio intra certum tempus a iudice statuendum debet petere restitutionem, alias non juvat exceptio. — 28. Agenti super rebus ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum; vel e converso. — 29. Alia ad n. 32.

(5. Secundum remedium recuperandae possessionis est conditio, ex cap. *Sape* 18, De restitutione spoliatorum, ratione cujus spoliatus potest agere contra quemcunque tertium possessorem, qui rem invasam scienter recipit, ita ut ille cogatur rem ablata restitueri, quamvis spoliatus non probaverit ejus proprietatem, sed duntaxat spoliationem, textu expresso in cit. c. *Sape*, § *Unde*, De restitutione spoliatorum.

(6. Tertium remedium recuperandae possessionis est conditio, ex cap. *Redintegrandi* 3, caus. 3, q. 1, vi cujus spoliatis et ejectis episcopis, per quos veniunt omnes ecclesiastici, et secundum probabiliorem et communior sententiam etiam laici, omnia bona, sive mobilia, sive immobilia in eodem loco, ubi sibi erepta fuerunt, redintegrari seu restitui jubentur, et quidem ante accusationem, ita ut spoliatus ante factam restitutionem omnium sibi ablatorum accusari non possit, et accusatus respondere non teneatur, antequam omnia sibi fuerint restituta, textu expresso in cit. c. *Redintegrandi* 3, caus. 3, q. 1.

(7. Quartum remedium recuperandae possessionis est conditio, ex l. *Invasor* 5, cod. *Unde vi*; quod datur et contra eum, qui per vim loca aliqua invasisse probetur, et contra eum, qui per errorem et bona fide occupavit possessionem rei alienae, qui tenetur, non obstante errore ac bona fide, restituere possessionem occupatam, textu expresso in cit. l. *Invasor* 5, cod. *Unde vi*.

(8. Quintum remedium recuperandae possessionis est conditio, ex l. *Si quis in tantam* 7, cod. *Unde vi*, per quod, qui propria auctoritate violenter ingreditur possessionem penes alium constitutam, cogitur in primis hanc possessionem alteri restituere; et deinde si invasor fuit dominus dictae rei, ultra possessionem, amittit etiam ejus dominium, et si non fuit dominus, compellitur insuper ad dandam seu restituendam aestimationem rei, textu expresso in cit. l. *Si quis in tantam* 7, cod. *Unde vi*. Quae tamen poena amissionis domini, aut reddendae aestimationis rei intelligitur solum habere locum post sententiam iudicis, ut notat Glossa communiter recepta, ib., verb. *Amittant*.

(9. Sextum remedium recuperandae possessionis est conditio, ex l. *Cum quaerebatur* 11, cod. *Unde vi*, quod datur adversus eum qui dolose occupavit possessionem rei alienae vacantem, et sic tanquam praedo rem occupatam ejusque possessionem restituere

cogitur, textu expresso in cit. l. *Cum quaerebatur* 11, cod. *Unde vi*.

(10. Septimum remedium recuperandae possessionis est conditio, ex l. *Exstat*, ff. *De iis quae vi metusve causa*, per quod creditor, qui per vim aut propria auctoritate rem vel pecuniam sibi debitam accepit, aut vi illata solvi fecit, cogitur rem acceptam restituere, et insuper perdit jus crediti, et actionem adversus debitorem, textu expresso in cit. l. *Exstat*, ff. *De iis quae vi metusve causa*, et l. *Creditores* 7, ff. *ad legem Juliam*, De vi privata.

(11. Octavum remedium recuperandae possessionis habetur ex officio iudicis, et competit illi, qui non possidet, sed solum detinet rem, et postmodum ipsa spoliatur, ut *commodatarius*, *depositarius*, *conductor ad breve tempus*, et similes; isti enim, cum non possideant, sed solum detineant, l. *Officium* 9, ff. *De rei vindicatione*, si spoliatur detentione talium rerum, non habent ullum ex hucusque enumeratis ordinariis remediis possessoriis ex defectu possessionis, et ideo, sic suadente aequitate, est eis indultum remedium extraordinarium ac subsidiarium, ut possint nempe implorare officium iudicis ad recuperandam rerum praehabitarum detentionem, a qua ceciderunt. Arg. l. *Aquilius* 27, ff. *De donationibus*, l. *Et non tantum* 19, ff. *De petition. haereditat.*, c. *Quia* 11, De iudiciis, cap. *Bona memoria* 15, De appellat., cum similibus.

(12. Ut spoliatus ante omnia sit restituendus, ut ante omnia esse restituendum, jam diximus supra n. 3, per jura ibi adducta: si agat ex remedio, scilicet se possedisse et se fuisse spoliatum tali sua possessione; cap. *Consultationibus* 10, De officio delegati, juncta Glossa, ibid., verb. *Possessionem et dejectionem*, l. *Praetor ait* 1, § *Interdictum autem*, ff. *De vi et de vi armata*, ibi: « Interdictum autem hoc nulli competit, nisi ei qui tunc cum deiceretur, possidebat. » Si autem agat ex remedio, cap. *Redintegrandi* 3, caus. 3, q. 1, sufficit quod ipse spoliatus probet suam priorem possessionem, et novam alterius, seu spoliatoris conventi praetensam possessionem; probata enim justa priore possessione, nova praesumitur clandestina et vitiosa, cum duo insimul eandem rem, et eodem modo possidere non possint; l. *Licet causam* 9, § *Ex praemissis de probationibus*, cum similibus.

(13. Dicta Regula: *Spoliatus ante omnia est restituendus*, procedit non solum, quando quis vi, vel clam fuit spoliatus a privato, ut est indubitatum apud omnes, sed etiam quando quis est spoliatus a suo praelato seu iudice extrajudicialiter, seu non servato juris ordine, textu expresso in cap. *Conquerente* 7, De restitutione spoliatorum.

(14. Regula illa: *Spoliatus ante omnia est restituendus*, fallit in aliquibus casibus. Primum scilicet quando spoliatus consentit, ut spoliator ante restitutionem super proprietate rei sibi competente audiatur, textu expresso in cap. *Licet* 1, De restitutione spo-

liator. Et ratio clara est, quia beneficium restitutionis est privilegium juris, cui libere renuntiare potest spoliatus; cap. *Si de terra* 6, De privileg., et l. *Si quis in conscribendo* 29, cod. *De pactis*.

(15. Secundo, quando notorium est quod proprietas rei spolio ablatae non pertineat ad ipsum spoliatum, sed ad spoliatorem; tunc enim spoliatus ob notorium defectum proprietatis, veluti dolosus jure repellitur, textu expresso in cap. *Dolo facit* 59, De regul. juris in 6, ibi: « Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem: » et concordat l. *Dolo facit* 8, ff. *De doli mali et metus exceptione*.

(16. Tertio, quando spoliatus ante factam suam spoliationem, libere renuntiavit dominio rei spoliatae, textu claro in cap. *Accepta* 3, De restitutione spoliator. Nec obstat c. *Sollicite* 2, cod. tit., quia loquitur de renuntiatione, nec ante spoliationem facta, quae non censetur libera, ut argumentatur ibi Pontifex: « Quia non est verisimile, quod sponte juri suo renuntiaverit, qui renuntiavit spoliatus. »

(17. Quarto, quando spoliatus post spoliationem cum spoliatore pactum inivit, vel juravit sponte, quod nolit agere possessorio recuperandae; pacta enim inita sunt custodienda et promissa, sunt opere complenda. C. *Antigonus* 1, et c. *Qualiter* 3, De pactis, l. *Juris gentium* 7, § 7, ff. *De pactis*.

(18. Dicitur autem notanter *post spoliationem*, quia simile pactum in initum cum spoliatore ante spoliationem non valet textu expresso in l. *Si unus* 27, § 3 et § 4, ff. *De pactis*; et ratio est, quia tale pactum in initum ante spoliationem praerberet ansam delinquendi, et animaret homines ad spoliandum, ac proinde veluti continens turpem causam merito reprobat a jure, et non valet; l. *Si unus*, § 3 et § 4, ubi expresse dicitur: « Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda, veluti si paciscar, ne furti agam, vel injuriarum, si feceris; expedit enim timere furti, vel injuriarum poenam, sed post admissa haec, pacisci possumus. »

(19. Mulier propria auctoritate sub praetextu impedimenti, v. gr. consanguinitatis, a marito se separans, sicque eum possessione spolians, si non haberet probationes incontinenti paratas ad probandum impedimentum dirimens matrimonii, est plenarie restituenda marito, et quoad cohabitationem, et quoad torum, donec ipsa probationes offerat praeparatas. Sic expresse decisum habetur in cap. *Litteras* 13, § *Quod si non habeat*, De restitutione spoliator. Et ratio est, quia, ut ibidem subjungitur, praesumitur mala fides contra ipsam, eo quod propria temeritate, et absque iudicio Ecclesiae a viro suo recesserit; unde stante tali casu, viget regula generalis, quod *spoliatus ante omnia sit restituendus*.

(20. Si vero tanta esset viri saevitia, ut mulieri trepidanti non posset sufficiens securitas provideri, tunc non solum non esset ei restituenda, sed ab eo potius removenda. Et econtra, si possit dictae mulieri sufficiens

securitas provideri, est ipsa ante causæ cognitionem restituenda marito, textu expresso in cit. c. *Litteras* in fine, ibi: « Si vero tanta sit viri sævitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri, alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate provisa, profecto videtur conjux ante causæ cognitionem restituenda marito. » Et concordat c. *Ex transmissa* 3, c. *Ex conquestione* 10, c. *Ex part.* 14 De restitutione spoliator., et c. *Intelleximus* 1, De ordine cognitionum.

(21. Spoliator violentus restituere debet spoliato, non solum rem ablatam, sed etiam cum ipsa omnes fructus, tum exstantes, tum consumptos, imo etiam illos quos non percepit, et prior possessor spoliatus percipere potuisset, si suam possessionem continuasset. *Communis*, textu expresso in cap. *Gravis* 11, De restitutione spoliator., et l. *Si de possessione* 4, cod. *Unde vi*.

(22. Unde, antequam dictus spoliator audiatur super prætensa rei ablatæ proprietate, est restituendus spoliatus, non solum in pristinam possessionem liberam ut antea, arg. c. *Pisanis* 19, § *Porro*, De restitutione spoliati., sed etiam ad omne id, quod ibi, sive ratione fructuum non perceptorum, sive ratione factarum expensarum amisit, et damnum passus est, licet ad spoliatorem nihil pervenit. l. *Prætor ait* 1, § 1, ff. *De vi et vi armata*, l. *Recte possidenti* 1, l. *Ut pulsos* 2, l. *Auctoritate* 3, et l. *Si de possessione* 4, cod. *Unde vi*; c. *Redintegranda* 3, caus. 3, q. 1, c. *Gravis* 11, De restitutione spoliatorum. Et hoc jure merito in odium spoliationis, Clem. unic. *De causa possession. et propriet.* Et sic Rota, in *Lavelen. seu Melphien. pecuniaria* 16 Novemb. 1610, coram Ubaldo, et in *Romana Silvæ* 15 Maii 1628, coram Verospio, allegat. a Barbosa, in cit. cap. *Gravis* n. 4, et sic doctores communiter.

(23. Nec talis spoliator excipere potest contra spoliatum per objectionem criminis; prius enim, ut supra, restituendus est actor spoliatus, antequam de crimine objecto per exceptionem audiatur reus spoliator, textu expresso in cap. *Item cum quis* 6, De restitut. spoliator, ibi: « Non occurrit nobis, quod illius objectio admitti debeat, vel principalis causæ propter hoc executio retardari, quoniam criminaliter adversus eum ante restitutionem agere non potest, cum præsumatur ejus existere inimicus. »

(24. Nisi tamen opponatur talis criminis exceptio, quæ personam spoliati reddat

inhabilem ad agendum, ut est excommunicatio, cum excommunicatus in judicio non sit ut actor audiendus, nec ibi stare possit, nisi tanquam reus. Cap. *Intelleximus* 7, De judiciis, c. *Conspiratores* 5, can. *Nullus anathematizatorum* 6, caus. 3, q. 4, cum similibus.

(25. In civilibus non admittitur spoliatio nis exceptio facta ab alio, quam ab actore, textu expresso in cap. *Frequens* 1, De restitutione spoliator. in 6.

(26. In criminalibus autem admittitur spoliatio nis exceptio etiam a quocunque tertio facta, dummodo fiat intra quindecim dies, et sit de tota substantia, vel majori parte, textu expresso in cit. cap. *Frequens*.

(27. Spoliatus excipiens spoliationem factam a tertio intra certum tempus a judice statuendum, debet petere restitutionem, alias non juvat exceptio, et accusabitur, exceptione non obstante, textu expresso in cit. c. *Frequens*, § *Solet*.

(28. Agenti super rebus ecclesiasticis non obstat exceptio spoliationis privatorum rerum. Vel econverso, textu expresso in cit. cap. *Frequens*, § *Ad hoc*, ibi: « Ad hoc sancimus, ut rerum privatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis, vel econverso, nullatenus opponatur. »

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(29. Adversus violentos spoliatores alia præter interdictum *Unde vi* sunt prodita remedia, puta accusatio ex lege Julia de vi publica et de vi privata; nec non constitutiones variæ recentiores, quibus vis coercetur, comprehensa in l. 7 et seq., c. *Unde vi*.

(30. Pinguiora vero præ cæteris sunt remedia juris canonici moribus hodiernis passim comprobata ex cap. *Sæpe contingit*, De restitut. spoliator., et can. *Redintegranda* 3, et 4, caus. 3, quæst. 1. Interdictum enim *Unde vi* tantum locum habet in rebus immobilibus et incorporalibus, quæ immobilium jure censentur, et tantum competit contra dejicientem, non item contra tertios rei possessores, et quidem intra annum.

(31. At remedium ex canone *Redintegranda* ad omnes omnino res extensum fuit, et adversus omnes rei possessores datum, sive bona, sive mala fide, sive cum, sive sine titulo possideant, et sive titulus, ex quo possident, sit onerosus, sive lucrativus sit, idque sine temporis distinctione.

(32. Sed an hæc, quæ usu recepta sunt de remedio ex capite *Redintegranda*, consona revera sint menti auctoris ipsius, vide Böhmer. ad titul. *De restit. spoliati*.

#### SPOLIUM.

##### SUMMARIUM.

1. Spolia ecclesiasticorum beneficiatorum sine testamento aut facultate testandi decedentium spectant ad cameram Apostolicam. — 2. Spolia ecclesiasticorum morientium sine facultate testandi pertinent ad cameram Apostolicam; eorumque dispositiones nullæ sunt, etiamsi sint ad pias causas. — 3. Spolia beneficiatorum morientium extra residentiam, etiamsi habuerint facultatem

testandi, pertinent ad cameram Apostolicam. — 4. Spolia bonorum clericorum ex illicita negotiatione acquiritorum pertinent ad cameram Apostolicam. — 5. Spolia regularium vagantium et morientium extra claustra pertinent ad cameram Apostolicam, nisi habeant facultatem testandi. — 6. Non est tamen id intelligendum de omnibus bonis, sed de illis solum quæ acquisierunt extra claustra degentes. — 7. Hinc a fortiori manent religioni, et illi debentur bona illorum religiosorum, qui per accidens extra

claustra decedunt. — 8. Spolium regularium solet erogari per prælatos regulares in usum conventus absque beneplacito Apostolico, etiamsi sit pecunia deposita absque vinculo in banco publico. — 9. Spolia cardinalium ubicunque decedentium non pertinent ad cameram Apostolicam. — 10. Spolia curialium et prælatorum habentium facultatem testandi non pertinent ad cameram Apostolicam. — 11. Conclavistæ non subjacent spolio. — 12. Moriente clerico, sive Romano, sive curiali, sive incola ab intestato, si Romæ, vel intra spatium decem milliariorum moritur, succedunt hæredes. — 13. Spolia fieri non possunt a collectoribus, etc., de iis beneficiis, quorum beneficia non excedunt fructus ducatorum auri triginta de camera; et si faciunt, tenentur restituere, et per censuras ad hoc cogi possunt. — 14. Spoliorum causæ agitandæ sunt cum citatione commissarii cameræ. — 15. Spoliorum nomine, quæ ad cameram Apostolicam pertinent, non intelliguntur paramenta ecclesiæ, vasa, libri ecclesiæ gradualia, missalia, et hujusmodi. — 16. Vasa, ornamenta, vestimenta, et hujusmodi clerici decedentis intestati, si jam fuerint dicata Deo, ecclesiæ vel oratorio expresse, non spectant ad hæredes ab intestato. — 17. Item ad hæredes non spectant prædicta, si Deo, ecclesiæ vel oratorio fuerint dicata, etiam solum tacite. — 18. In dubio autem non concurrentibus supradictis, talia vasa, ornamenta, vestimenta, et hujusmodi spectant ad hæredes ab intestato. — 19. Donatio in dubio non præsumitur, sed probari debet. — 20. Constitutio S. Pii V, loquitur concurrente ecclesia cum spolio, non autem concurrente ecclesia cum hærede. — 21. Dicta Piana constitutio disponit solum de acquisitis ex fructibus beneficiorum, seu redditibus ecclesiasticis, non autem ex patrimonialibus, aut officiis lucrosis personalibus. — 22. Hinc hæredes beneficiati habentis opulentum patrimonium ante beneficii consecutionem, non debent amoveri a possessione bonorum, donec discutatur an bona fuerint acquisita ante vel post beneficii consecutionem, et an ex fructibus beneficii, vel ex fructibus patrimonii seu officii lucrosi personalis. — 23. Ad cognoscendum ex quibus redditibus sint acquisita bona beneficiati habentis patrimonium, seu lucrosam officium personale, quid sit attendendum. — 24. Si clare constet clericum non habuisse alia bona, quam illa ecclesiæ, nec etiam aliquod officium personale lucrosam exercuisse, tunc sine dubio cen-

(1. Spolia ecclesiasticorum beneficiatorum, qui decedunt sine testamento, vel sine facultate testandi disponunt, et illa, quæ ultra facultatem remanent, pertinent ad cameram Apostolicam. Paulus III, 29 constit. incip. *Romani*.

(2. Spolia ecclesiasticorum beneficiatorum morientium sine facultate testandi pertinent ad cameram Apostolicam, eorumque dispositiones nullæ sunt, etiamsi sint ad pias causas. Pius IV, constit. 8, incip. *Grave nimis*.

(3. Spolia beneficiatorum morientium extra residentiam, etiamsi habuerint facultatem testandi, pertinent ad cameram Apostolicam. Pius V, constit. 91, incip. *In suprema*.

(4. Spolia bonorum clericorum ex illicita negotiatione acquiritorum pertinent ad cameram Apostolicam. Pius IV, constit. 19, incip. *Decens*.

(5. Spolia regularium vagantium et morientium extra claustra pertinent ad cameram Apostolicam nisi habeant facultatem

senda sunt talia bona acquisita ex fructibus ecclesiasticis, adeoque cadere sub spolio et deberi ecclesiæ. — 25. Si autem dubium sit, an clericus ultra bona ecclesiæ, habuerit etiam bona propria, vel aliquod lucrosam officium personale tunc præsumitur clericum acquisivisse ex fructibus ecclesiasticis; at si talia bona ab hæredibus clerici possideantur, onus probandi, quod fuerint acquisita ex fructibus ecclesiasticis, spectat ad cameram, et respective ad ecclesiam, ubi ipsa ad talia bona succedat. — 26. Quando constat clericum simul habuisse bona ecclesiæ, et etiam patrimonialia, seu officia personalia lucrosa, nec constare potest, ex quibus fructibus fuerint talia bona acquisita, quid? — 27. Omnia spolia archiepiscoporum et episcoporum in insula Sardinia, et extra, non tamen in Italia decedentium, abdicantur ab eorum successoribus, et applicantur respectivis ecclesiis pro fabrica et manutenzione. — 28. Spolium clericorum non est in usu in statu Mediolanensi, sed ex antiqua consuetudine transit ad eorum hæredes. — 29. Spolia archiepiscoporum et episcoporum, in regno Neapolis spectant ad ecclesias metropolitanas et cathedrales. — 30. Jus spoliū ubi et quomodo sit receptum? — 31. Spolia defunctorum canonicorum S. Salvatoris Bononiæ spectant ad eorum religionem. — 32. Spolia defunctorum Equitum Hierosolymitanorum non spectant ad cameram Apostolicam, sed ad eorum religionem. — 33. Nec eorum bona spectant ad hæredes sanguinis, sed religioni acquiruntur: quod procedit etiam de bonis patrimonialibus, aut aliunde quæsitis. — 34. Advertitur, tamen religionem Hierosolymitanam ex urbanitate dimittere suis militibus, et eorum hæredibus, omnia sua bona immobilia, nec fieri spolia, nisi de mobilibus et se moventibus. — 35. Spolium omnium eorum, quæ ab episcopo quæsitæ fuerunt a priori ecclesia, a qua fuit translatus, debetur eidem ecclesiæ. — 36. Spolium omnium rerum ad usum, et cultum divinum spectantium debetur ecclesiis quibus episcopi præfuerunt. Et de his episcopi nequeunt disponere per ultimam voluntatem, et contractum lucrativum donationis; sed solum per contractum onerosum ad satisfaciendum creditoribus, si alia bona non sufficiant. — 37. Etiam spolia beneficiatorum sunt dividenda proportionaliter inter ecclesias quibus præfuerunt. — 38. Spoliorum tamen nomine non veniunt distributiones canonici defuncti. — 39. Alia ad rem ad num. 61.

testandi; Gregorius XIII, constit. 43, incip. *Officii nostri*. (6. Advertit tamen Passerinus, *De statib. homin.*, tom. III, pag. 189, artic. 8, num. 529, talem constitutionem non habere locum de omnibus bonis religiosorum, sed de illis solum quæ acquisierunt extra claustra degentes; de his bonis loquitur constitutio Pauli IV, 14, inc. *Postquam*, et patet etiam ex citat. const. Greg. XIII, ubi dicitur tempore, quo extra claustra hujusmodi fuissent acquisita, et tandem § 3 statuit, ut bona omnia per regulares degentes extra claustra acquisita spectent ad cameram Apostolicam, ideo quæ relictus acquisivit, antequam egredereetur de claustro, concludit dictus Passerinus, religioni manent, nam fuerunt jam illi acquisita. *Vide infra* num. 39.

(7. Hinc a fortiori manent religioni, et illi debentur bona illorum religiosorum, qui cum legitima facultate suorum superiorum itinera arripientes, vel apud parentes, amicos et benefactores, religiosas vacationes obeuntes per accidens ibi decedunt.